

2

Bartholomeus picenus de Montearduo Ferdinando
Regi Aragonie & utriusq; Sicilie, S. P. dicit.

Cum Demetrius cydonius vir utriusq; lingue
peritissimus; e latino in grecum op^o Richardi fra-
tris ordinis Predicatorum trastulisset: non ab re
mihi visum est serenissime atq; catholice Rex
illud rursus e greco in latinum couertere: non quod
apud Latinos huiusmodi opus extare non existi-
mem: sed cum vidissem Demetrium cydonium opusculum illud e latino
in grecum elegantiori stilo trastulisse: idcirco per viribus conatus
sum libellum illum iterum ea dicendi elegantia quoquomodo in nostram
linguam transferre. & eum in nitidiorum cultum; candidiorumq; stilum per vi-
ribus redigere: & tibi serenissime atq; catholice Rex illum dedi-
care debere: qui solus inter christianorum reges hac nostra tempe-
state mahometanam sectam maximis cladibus affecisti. Nam non
minimam laudem tibi comparasti: cum Beticam puincia: que per octin-
gentos annos mahometanam fidem coluerat: in christianorum pote-
statem redegisti: & nunc uniuersam Africam capere intendas:
quam facile assequi poteris: cum gentes ille hoc tpe imbelles sint:
quonia cum christianis diu pugnare non consueuerit. Difficilius enim
tibi fuit Beticam puincia expugnare qm totam Africam in potestate
tua asserere: Erant enim in Betica milites illi strenuissimi: cum hispa-
no milite bellari semp assueti: At hi contra homines ignaui ven-
tri & ocio dediti: cum christiano nomine iam diu preliari defueti.
Nec sunt in bello exercitati: quales olim duce Hannibale Hispa-
nia & Italia occuparunt. Nec eam copiam armorum habent quam
hispanus miles est in bello strenuissimus & exercitatissimus ha-
bere dicit. Nec ibi magnae defunt opes: quibus militum animi spe
prede maximae accendunt. Omnia tibi prospere succedent: si reli-
quas incepti belli persequaris. Nec est quod vereare bellum in Hispa-
nia tibi ab aliquibus moueri: presertim hoc tpe nouo tibi ob affi-
nitatem cum christianissimo francorum rege foedere inito. Prosequere
igitur inchoatum bellum: & omnes vires tuas in Africam trans-
fer: quam facile deo duce subiugabis: & ea quidem subacta & in
christianorum potestate redacta: facile deinde Hierosolymam recu-
perabis: que tam ampla: tam fertilis: tam sancta terra Sultano
Babylonis hoc tpe paret: Qui autem nunc eam patriam tutatur serui

a ij.